



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Obedientia insignis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

Vicarius Generalis Societatem post Ignatij finem  
 regebat, indicat sese. Equidem cum perexiguam  
 facultatem cognoscam, & magnam infirmita- <sup>Quam paritè</sup>  
 rem, atq; imperitiam meam, vellem quocunque <sup>sibi tribueret.</sup>  
 modo effugere hinc, & potius mendicare in In-  
 dia, quàm tot inuolui periculosissimis tricis, in  
 quibus æterna sæpe subitur infamia, & sedis Apo-  
 stolicæ iura læduntur. Sed loquetur in me Domi-  
 nus Deus per seruū suum, & superiorem meum.  
 Audiam illum, & non trepidabit cor meum, e-  
 tiam si consistant aduersum me castra: quoniam <sup>Obedientia</sup>  
 in Obedientia spes, & fortitudo mea: nec eligam <sup>in signis.</sup>  
 in domo Dei esse aliud, quam iumentum apud  
 te omnibus diebus vitæ meæ. Exitus ille fuit, vt,  
 quoniam periculum in mora erat, nec alia inue-  
 niri ratio conciliandi, & componendi tam foe-  
 dum, & graue diffidium in religione poterat: nō  
 per Concilium generale, quod multos iam an-  
 nos pendebat: non per synodum nationis, quæ  
 nouas magis turbas exciret, quam veteres amo-  
 ueret; neque per consilia Principum, quia religio-  
 nis causa communis est, & à Laicis periculose tra-  
 ctatur, nouum de integro Colloquium fieret: in  
 quo lecti vtrinq; Theologi congregarentur. Lo-

cus designatus est VVormatia: tempus Augusti mensis: Præsides Colloquij Rex Ferdinandus, & Principes quatuor, quorū Archiepiscopi duo pro Catholicis, pro Lutheranis autem Principes duo eius sectæ. Vtrinque certi assessores decreti: tum non ex vtraque parte collocutores: quibus item se accedebant tanquam subsidiarij, quos & vocabant Adiunctos. Inter Colloquutores Canisius miro consensu, plausuque Præsulum, Procerum Catholicorum: inter Adiunctos Nicolaus Gaudanus lecti Reclamabat Canisius non modò, quod totum negotij genus improbabat, seque, pro sua tenuitatis opinione, imparem profitebatur: sed etiam ne quid inconsultis Præsidibus suis, præsertim tanta in re, susciperet. Itaque non solum edocuit de re tota Lainium, sed magnoperè rogauit vt per eum liceret onus excutere: & Regem ipsum per Cardinalem Augustanum diserte admonuit nefas sibi iniussu Præsidum suorum id munus attrectare. Itaque has ad ipsum Lainium Ferdinandus Rex literas dedit.

*Designatur  
inter Collo-  
quutores  
VVorma-  
tenses.*

*Epistola Fer-  
dinandi Re-  
gis ad Lai-  
nium.*

Notum tibi esse volumus, quod habita in his Comitibus cum Ordinibus, & Statibus sacri Romani Imperij matura deliberatione de inuestigandis